

in aliquo, ubi habeatur verbum  $\text{תָּבַח}$  in tali sensu, ne-  
 q; enim per omne Ponere fortassis explicari poterit  
 $\text{תָּבַח}$ : Et si maximè probari uterq; possit, quoniam po-  
 nil improbitates in sepulchro alicujus idem est quod  
 sepeliri easdem, nonnè poni divitias in morte idem e-  
 rit quod Mori illas vel destru; Et vice versâ si poni di-  
 vitias in morte alicujus significat easdem ex Morte e-  
 jus derivari & provenire, nonne poni improbitates  
 in sepulchro alicujus significabit easdem ex sepulchro  
 alicujus derivari & provenire? Ita omnino videtur;  
 vel vox  $\text{תָּבַח}$  duas habebit diversissimas acceptiones in  
 eodem loco nō repetita, nec particulâ disjunctivâ vel  
 simili debito modo interposita. 2. Utrum Dives pro  
 Divitiis hoc in loco bene accipiatur, id etiam dubiū  
 esse posset, neq; n. concretum per abstractum ubicū-  
 q; & quomodocunq; ponatur explicari debet; Potius  
 ex voce  $\text{רָשָׁע}$  colligerem vocem  $\text{רָשָׁעִים}$  per improbos  
 nō per improbitatis verti debere, quæ per  $\text{רָשָׁעִים עוֹנוֹתָם}$   
 vel  $\text{חַטָּאתָם}$  aliàs redduntur in hoc capite. 3. Vaticinium,  
 in quo passio, mors & resurrectio Christi maximè per-  
 spicue describitur, allegoricè, de sepulturâ peccatorū,  
 sine urgenti necessitate explicari non debebat, sed po-  
 tius de sepultura Christi. Atq; ita etiam hæc explicatio  
 in dubiū vocari posset, imprimiscū nihil ferme in eadē  
 dicatur quod nō in aliis huj' capitis  $\text{אֲפֻרָאִים}$  habeatur.

§. 7. Quæritur itaq; annon sensu satis facili & histo-  
 riæ N. T. maximè conformi verba illa ita explicari de-  
 beant, ut  $\text{בְּמָוֶתוֹ}$  in Morte ejus denotet tempus, quo jã  
 mortuus fuit Christus; Posuit sive constituit impro-  
 bos (constituti sunt improbi) in sepulturam ejus, sed  
 divitem (Homo dives) in morte ejus. Quod scil. Chri-  
 stus improbis hominibus traditus fuerit, qui ipsum  
 cruci affigerent, interficerent & consequenter sepelirent, a-  
 deoq; constituti dicantur improbi in sepulturam ejus; verū  
 quòd Christus tamen traditus fuerit diviti, qui sepulturam  
 ejus procuraret, a deoq; excitatus seu constitutus fuerit di-  
 ves in sepulturam ejus, sed quando jam mortuus erat; Vel,